

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt VI. De notis signis Messiæ à Prophetis prædictis, ubi etiam simul  
ostenditur in Christo Domino fuisse reperta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**

## CAPVT V.

Secunda disputationis pars, in qua ostenditur Christum IESVM MARIÆ Filium, verum fuisse Messiam.

**V** Alidissimis & quam plurimis argumentis, Christus Dominus ostendit se esse verum Messiam, ut si etiam adimpleatur prædicta in superioribus Danielis prophetia illis verbis, *Confirmari autem pactum multis: ubi clare prædictis Christum Dominum Evangelium, seu novum testamentum, (id enim sonat pactum) multis testimonijs, & argumentationem generibus comprobantur.* Quinque vero præcipue modis sive argumentorum classibus demonstratur Christum Dominum, verum fuisse Messiam, eis que doctrinam DEO esse profectam.

Quinque eam modis Dominus noster probavit le Messiam esse: iamque doctrinam à Deo esse

profectam, tamq; e concitis hominibus ad percipiendam viam æternam omnino esse necessariam.

Primum genus probationis constat in multis,

varijs, & adeo gravibus testimonijs, ut ea nulla

tergiversatione eludi possint. Primum testimoniū fuit Angelorum, in oru Christi annunciantium pastoribus eo die natum esse Salvatorem

mundi. Secundum testimoniū fuit Magorum,

qui ex Oriente vénientes, natum jam esse Regem

Judeorum novā stellā miraculo confirmarunt.

Tertium fuit eorum, qui illo ipso tempore, quo

Christus natus est, iustitia, pietateque, ac sanctitate

in signes, & apud Judæos perquam nobiles habe-

bantur, ut Elisabeth, Zacharias, Simeon & An-

na. Quartum fuit multiplex testimonium, & præ-

conium Joannis Baptista, cui Judei non posse

contradicere. Quintum fuit testimonium DEI

Patri magnificè & gloriose datum in baptismo,

& transfiguratione Christi. Sextum fuit Moysis &

Elie, qui apparuerant in transfiguratione Christi,

& testificati sunt ipsum esse Messiam. Septimum

fuit testimonium iporum Pharisæorum, de quibus

unus Nicodemus dixit: *Scimus, quia à Deo venisti*

*Magister.* Octavum etiam iporum Dæmonum,

qui ejus ab ipso ex humanis corporibus affirma-

bant ipsum esse Christum, & Filium DEI.

Secundo Secunda probatio versatur in miraculis Christi,

miraculis que fuerunt plurima, maximaque. Quapropter

Ioan. 7. Judæi, ut referunt Ioannes cap. 7. dicebant: *Nunquid*

*Christus, cum veniat, plura signa faciet, quām quæ hic*

*facit?* Duplèciter autem ex hoc loco urgentur Ju-

dæi, quidem Dominus noster, & omnia miracula

fecit, quæ facturum Messiam prædixerunt Prophetae,

& fecit ea miracula, quibus declararet, ac

probaret se DEI Filius esse, verumque Messiam.

Tertiū Tertia probatio datur ex vita, & moribus,

ex vita & ex passione item, & morte Domini nostri.

Eam enim vitam egit Dominus noster, ijs moribus sunt,

eam doctrinā prædicavit: denique tali vita, mori-

bus, & doctrina fuit, quæli fuit: um Messiam vates

præscriperant. Ea præterea pasus est à Judæis, co-

que mortis genere necatus est, ut de ipso Isaia

capite 53, & Davidem Psalm. 2.1. vaticinatos esse,

dubitari nullo modo possit. His adde prodigia,

que Domino nostro morte coniugentur. Sol

Thom. à Iesu Oper. Tom. L

usquequa defecit, & sanc præter naturalem re-  
rum cursum, & ordinem horribili motu terra  
contremuit: velum templi discissum est: sepulchra  
patuerunt, multique de mortuis ad viram revoca-  
ti, vii sunt multis, & testificati JESUM esse Mel-  
siam. Q;ibus prodigijs permotus Centurio exclamavit: *Verè hic homo Filius Dilectus.*

Quartū & ultimum genus probationis, con-  
sistit in prædictionibus Christi Domini nostri, ex p̄t̄ fi-  
quarum omnium veritatem eventus comproba-  
tionis. Fuerunt autem prædictiones Christi fe. è hu-  
jusmodi. *a Prima fuit de suprema ruina, & exilio Septem*,  
*Judeorum, b Secunda, de miraculis, que facturi Domini*  
*erant ipsius Discipuli, & sectatores. c Tertia, de nostri*  
*maximis & acerbissimis persecutionibus, quas prædi-  
erant passuti. d Quarta, de Evangelio suo per om-  
nem terram prædicando. e Quinta, de Ecclesia sua à Luc. 10:*  
*usquequaque, & in universo orbe propaganda. b f. d. 14.*  
*f Sexta, quod eadem Ecclesia, licei fore ubique c. joan. 16.*  
*terram, & gentium oppugnanda, divexanda d. Mat. 26.*  
*& conflictandi, nihilominus tamen ulque ad Act. 1.*  
*contumaciam sicuti eadem permanitura, g De-  
eloan. 10.*  
*nique sp̄ma & ultima, de genere mortis fux, de f. Matt. 16.*  
*reurrectione post triduum, de missione Spiritus g. Matt. 28.*  
*Iancti, de nomine suo apud omnes gentes nobili-  
tando & clarificando.*

Quinque vero genus probationis constabit ex  
sequentibus nonis & signis Messiae.

## CAPVT VI.

De notis ac signis Messiae à Prophetis  
prædictis, ubi etiam simul ostendit  
ur in Christo Domino  
fuisse reperta.

Quintum genus probationis constat in signis  
ad ungues in Christo Domino completa sunt,  
ut prædixerat Daniel illis verbis: *Ut adimpleatur*  
*r̄sis & prophetia.* Christo enim Domino veniente  
in mundum, impleta sunt omnes Prophetæ: quia  
quæcumque prædixerunt. Prophetæ Messiam di-  
cturum & passurum, ea omnia Dominus dixit, se-  
cit, ac pati posset; ideo etiam dixit ipse Dominus  
Matth. 5. *Non veni solvere legem, sed adimplere.* Et ipse  
Evangelista, cum narrant dicta, facta, & passio-  
nes Christi, sicut norare solent, *Ut adimpleretur* Matth. 5.  
*quod dictum fuerat per prophetam.*

Notandum vero est cum Pereyra in locum il-  
lum Danielis, in Græca lectione pro impletur, ha-  
beri signetur, quasi dicat: *Ut signetur visio & Pro-  
phetia, quam lectionem fecutus est Tertullian, in Tertull.*  
*lib. adversus Judæos, idem tamen est signari sive ad-  
impleri Prophetias, ut ipse Tertullian sequentibus  
verbis docet: Quid est, inquit, quod dicit Angelus,  
Signari visum & Prophetiam? Quoniam omnes Pro-  
phetæ nunciabant de illo quod esset venturus, & pati ha-  
beret. Igmar quoniam adimplera est Prophetia per ad-  
ventum eius, propterea signari visionem, & Prophetiam  
duebat: ipsi enim signaculum fuit omnium Prophetar-  
um, adimplens omnia, quæ retro deo Prophetæ num-  
tiaverunt. Post adventum enim Christi & passionem  
ipsius, jam non visio, neque Prophetæ est, qui Christum  
nunquid venturum. Denique hoc si non ita est, exhibe-  
ant Judæi post Christum Prophetarum aliqua volumen*

ua, vel angelorum aliorum visibilia miracula, que retro Patriarcha viderunt, usque ad adventum Christi, qui iam venit, ex quo signata est visio, & prophetia, id est, & iusta. Et merito dixit et angelista, deus & Propheta usque ad Ioannem baptizatorem: Baptizato enim Christi, id est, sanctificante aqua in suo baptismate, omni plenitudo spirituum retro Charismatum in Christo cesserunt, signante visionem, & prophetias omnes, quas adventu suo adimplerunt. Unde firmissime dicit, adventum eius firmare visionem & prophetiam. Hac Terullianus.

Hec Messia signa & indicia diffusus & enucleatus exponit nos. Domini eis à SS. Trinit. Tom. 5. sua Bibliotheca Theolog. ib. 4. scilicet 7. cap. 4. apag. 397 usque ad p. 426. Q[uod]ate nostro instituto valde consentaneum erit, lib[er]o loco doceamus, omnia Prophetarum oracula in Christo, & per Christum esse in lezam cum variis oracula certa quali quædam signa, & indicia Messia eò præmissa tuerint à DEO, ut h[ic] Messia mox tali & passibili carne indutus, in mundum aliquando venturus, sine ullo errore, ac fine magna difficultate cognosci, ac comprehendendi posset; fatendum eis eum, in quo omnia prædicta signa convenerint, fuisse verum Messiam: alias illa signa incerta & fallacia essent, cum per illa eiiam hominem indocti, circa ipsorum culpam in gravissimum errorem colendis pro Messia non verum Messiam, inducere videntur. Hac autem omnia Prophetarum oracula sive signa in Domino IESU reperta fuerunt, eaque tam prout, tamque aperi & explicatae Christo convernuntur, ut de illis minime possit dubitari: ut non tam futurorum rerum prædictiones, quæm præteriarum narrationes esse videantur, nec illi prædictis res alio tempore gerendas, sed rebus ipsis factis interfuisse: ita ut verè possit dici, quosdam illos, quosdam de Christo non minus distincte quam Evangelistas descriptiſſe.

Sed dices: Q[uod]are Judicium aperitis Prophetarum testimonijs non credum? Resp. docente Pereyra in Daniel lib. 10. quod licet Prophetarum vaticinia a[n]e Chriti adventum, proper futurum rerum obscuritatem difficillima essent intellectu: eadem tamen post adventum Domini nostri, per quem abunde impleta sunt, & præmissa DEI & Prophetarum vaticinia, faciliem habent intelligentiam & explicationem. Judæos autem, qui non credunt adhuc venisse Messiam, necesse est, cum Prophetarum libros legunt, dubios, perplexos, & placè cœcos esse, & tanquam in labyntho quodam abertantes nullum reperi & exitum, ac similes esse eorum, qui nullo duce nulloque lumine, per tenebras & prærupta loca iter facientes, passim offendunt, nec raro in profundum precipites aguntur.

Irenæus. Sic profecto est, ut præclarè dixit Irenæus quadragesimo tertio capite libri IV. adversus heræles: Omnis (inquit) Propheta priusquam habeat effectum, ambiguitas & arigma est hominibus, cum autem venerit tempus ejus, & evenerit, quod prophetatum est, tunc Prophetæ habent liquidam & certam expositionem. Propter hoc Iudeus cum nunc legitur lex & Propheta, subtile simile est, non enim habent expositionem omnium rerum pertinentium ad adventum Filii DEI, quies secundum hominem. At Christianum cum legitur propheta, thesaurus est absconditus in agro, cruce Christi revelatus & explanatus, datus sensum hominū, & ostendens DEI sapientiam. Sic Irenæus. Nulla igitur difficultas est credenti Prophætis Evangelium persuaderi: non sanè major, quam si parva licet compondere magnus tenet scientiam aliquam subalernam. Quapropter Irenæus, quadragesimo primo capite libri IV. adversus heræles, propter ea exigit se plus illimat dixisse Paulum, se plus omnibus laborasse, laborasse

quia cùm ipse prædicator Apostolus, & Doctor gentium esset constitutus, magis laborosum & arduum sibi fuerit genibus, quam Judæis Evangelium tradere. Gentes namque nec legem à DEO scriptam, ut Judei accepterant, nec Prophetas novas, nec expectabant Messiam, & unius veri DEI notitiam paci, cultum vero & Religionem ferre nulli tenebant: sed circa DEI omnipotentem caligines, circa providentiam vacillantes, de animorum nostrorum immortalitate perplexi, de mundi origine atque interitu dubij, de ultimo fine hominis in certi, in densissimis errorum tenebris versabantur, & in altissimis nefandorum icelerum foribus volatabantur, quanto pluribus erroribus, & flagitiis implicati, tanto longius à veritatis perceptione remoti. At Judæis, quibus ut Paulus inquit, credidæ erant eloqua Dei, quorum adoprio erat filiorum, & gloria, & testamentum & legislatio, & obsequium, & promissa, & Judæis inquam, nisi voluntaria eos ignoratio & maius obcaescere, & nisi contraximus adversus veritatem atque obfirmatus animus, omnem ad eorum mentes illuminandi aditum luci divinæ præcluſisse, proclivi simum fuisset Evangelicam doctrinam probari ac perfuaderi. Sed jam quæ fierint de Messia Prophetarum oracula, & quemadmodum ea in Domino IESU Christo perfectissime complera sint, breviter ostendamus, afferentes primi signa sive notas, quibus DEUS per Prophetas nobis voluit Messiam vénitum revealare.

### Prima N O T A : de adventu Messiae.

Principio DEUM in terris aspectabili & humana forma convertaturum cum hominibus, gravissimum verbis variorum est Barnabæ, Cap. Baruch; tertio, Hic est, in qui, DEUS noster, & non estimabitur aliud adversus eum, hu[m]i]usq[ue] omnem viam disciplina, & tradidit illam Iacob puer suo, & Israel dilecto suo. Post hac in terris visu est, & cum hominibus conversatus est. Similiter Iesus cap. 3. 5. DEUS ipsi venies, & salvabis nos. Atque a callo loco: Utinam disrumperes celos, & descenderes!

### Secunda N O T A , fuit Davidica & regia propagatio ex semine David.

Hierem. 23. Ecce dies venient, dicit Dominus, & suscitabo David gerumen justum, & regnabit Rex, quem locum de Christo intelligent omnes Hebrei, & hanc nōram esse in pletam in Christo docet Matthæus, in ipso statim Evangelij exordio, Matt. 1. Liber (inquit) generationis I E S U Christi filii David, &c.

### Tertia

Tertia NOTA : IESVS conceptus ex  
Virgine, & natus.

*Ista 7.* Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo concipiet & parit filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Hoc testimonium, quod etiam Mathaeus Evangelista in MARIA compleverum posuit, adversus iudeos, & hereticos vix est ullus ex patribus, qui non pertractet. *Justinus Iustin.* *Martyr.* *Irenaeus.* *Athanasius.* *Cyprian.* *Basil.* *Mag.* *Rich.* *de* *S. Vito.* *Eusebius.*

*Prov. 30.* Item Proverb. 30. Tria sunt difficultia mibi, & quartum penitus ignoro; viam aquilae in calo, viam colubri super petram, viam navis in medio mari, & viam viri in Virgine. Sic haber intercepit at septuaginta seniorem. Quare de virginio patru prophete alle Salomonem, cum dixit: Sibi penitus esse ignotam viam viri in virgine, seniorem non ignobiles Auctores, Cornelius Jansenius in Proverb. cap. 30. Nicolaus Nic. Lazarus Lira ibidem, Ludovicus Leo Agolimianus de no-

*Jansenius.* *Nic. Lazarus.* *Lud. Leo.* minibus Christi lib. 3.

Hac nativitas ex Virgine demonstrata est.

*Matt. 1.* *Math. 1.* Cum esset dispensata Mater IESU MARIA & JOSEPH, antequam convenienter, sovente usi habens in uero de Spiritu Sancto, &c.

*Luce 1.* Secundo Luce, primo Spiritus sanctus supervenierat in te, & virtus Altissimi obumbrabat tibi. Ideoque quod nascitur ex te scandulum, vocabitur Filius Dei.

Quarta NOTA : IESVS in Bethle-  
hem natus pauper & Rex.

*Mich. 5.* Primo Micheas 5. Es tu Bethleem, Ephrata parvulus es in milibus Iuda: ex te enim mihi egredetur qui sis dominator in Israel, & egressus eius ab initio, a diebus eternitatu. Celebre uincium est, quod Matthaeo teste scribe agnoverunt; Joanne auctore, etiam turbæ. Tertiat hoc Justinus in 2. Apolog. Chrysostom, in demonstrat. quod Christus Deus. Junius lib. 2. de parte divina legu. c. 22. Eusebius lib. 7. cap. 4. & lib. 6. 6. 1.

*Ista 9.* Secundò Isaia 9. Parvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis: Et factus est principacus eus super humerum ejus. Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Consilarius, Deus fortis, Pater fortis facili, Princeps pacis. Multiplicabuntur ejus imperium, & paci non erit finis: super solium David & super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, & corroboret iudicium & in iustitia amodo & usque in sepius uerum. Non indiget exposituonib. is illa strissima prophecia, quam verant ubique Sancti Hieronymus illic, Eusebius lib. 7. c. 4. & lib. 9. cap. 6. Basil. lib. 2. contra Eunomium, Ambros. in c. 8. ad Regiam. Chrysostom. in homil. contra Anomaos. Cyril. serm. de occursu Domini, Aug. st. Chrysostom. 10. de tempore & lib. Qu. st. super Iudec. c. 5. 2. Cyril. 53. 5. 4. & alij alias, sive nocturna, sive septuaginta Augustin. lectionem consulas, tametsi videatur discripare Abacuc 3. Hieronymus.

Tertio Habac 3. Consideravi opera tua & exparsim medio duorum annos ultum conognoscere. Id quidem juxta septuaginta, quod de puer in pælepe inter animalia colloca: refert Prosper lib. de Divinis predicationibus p. 3. cap. 5. Neque ab eo Ecclesiæ seclusus valde abhorret, quz in quadam Antiphona

na Nativitatis, canit, Ut animalia viderent Domini-  
num natum, &c.

Primo Marth. 2. Cum natus esset IESUS in Beth-  
leem Iuda. Secundo Luce 2. Ascendit autem & Joseph Luce 2.  
à Galilea de civitate Nazareth, in Iudeam civitatem David, que vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo & familia David, us profiteretur cum MARIA despousata sibi uxore prægnante. Factum est autem, dum esset ibi, impleti sunt dies, ut parceret. Et penerit si uum suum pri-  
mogenitum, & pannu cum involvit, & reclinavit eum in pælio, quia non erat ei locus in diversorio. Tertio Joan. 7. Nonne Scriptura dicit, quia ex semini David, & de Bethlehem castello, ubi erat David, venit Christus?

Quinta NOTA : IESVS vocatus  
octavo die.

Primo, Numer 13. Vocavitque Osce filium Nun Num. 13  
Iesum, Iesum. Ioseph misericordia Moysi, postea ducem populi Hebrei, à quo introducti sunt filii Israël in terram promissionis, divina scriptura saepè vocat Iesum, nomine divini immutato, ut significaret Iesum Salvatorem, cuius typus fuit. Hoc myste-  
rium magnificè celebat ant Sancti Patres. *Justinus Iustinus.* *Tertull.* *Hieron.* *Ambro-*  
quidem in colloquio; Tertullianus vero adversus Iudeos: Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum; Ambro-  
fius in Psalmum 39. Omniom opime Augustinus sib. 10. contra Faustum lib. 19. quare bene de illo Propheta Ecclesiasticus.

Secondò Ista. 19. Mittet eis Salvatorem & pro- Ista. 19.  
pugnatorem qui liberet eos. Eusebius lib. 2. demonstrat. Eusebius.  
35. & lib. 7. cap. 6. Cyrillus de incarnatione. umigeniti, Cyril.  
cap. 3.

In Evangelistis primò Luce 2. Vocatum est nomen Ista 2.  
ejus IESUS, quod vocatum est ab Angelo, prius quam in utero conciperetur. Secondò Matth. 1. Vocabo nomen Matth. 1.  
eius IESU: ipse enim salvum faciet populum suum & peccatis eorum.

Sexta NOTA : Adoratus à Magis.

Primo Numer. 24. Videbo eum sed non modò intuei Num. 24  
bor illum, sed nos prope. Orietur stellæ ex Iacob, & con-  
surgit uirga de Israel: & percussit Duces Moab, rasta-  
bitque omnes filios Seb, & erit iduuma possessio ejus. Hieron.  
Hieronymus in 2. Matthæi, Leo Sermon. 4. de Epiph-  
ania, Prosper de predict. p. 3. cap. 6. Athanasius de Incar-  
natione verbi, Irenaeus lib. 3. c. 9. Basil. Homil. de Epi-  
phania. Justinus in Triphonem, Eusebius lib. 9. Demonstratio  
primo laicæ.

Secondò Psalm. 71. Reges Tharsis & insula me-  
ra offarent: Reges Arabum & Saba dona adducant. Et  
adorabunt eum omnes gentes: omnes Reges servient ei:  
Ecclesia in officio Epiphaniae, Hieron. lib. 4. de Tri-  
nitate, Prosper de predict. p. 3. cap. 6. Tertullianus  
lib. 3. adversus Marcionem.

Tertio Isaia 60. Ieundatio camelorum operiet te:  
Dromedarii Madian & Ephra. Omnes de Saba venient,  
aurum & ibus differentes, & laudem Domino annun-  
tiantes. Chrysostom. Homil. 2. in 2. Matth. Prosper de  
predict. p. 3. 6. Auctor operis imperfecti in Matth.  
cap. 2.

In Evangelistis, primò Matth. 2. Cum natus esset IESUS in Bethleem Iuda: i diebus Herodis Regi, ecce Magi venerunt ab Oriente Hierosolymam, dicentes: Ubi est, qui natus est Rex Iudaorum? Indimus enim stel-  
lam ejus in Oriente, & venimus adorare eum.

Septima NOTA : IESVS in Ägyptum fugiens , & inde revocatus.

Isa. 19. Primo Itaie 19. Ecce Dominus ascendet super nubem levem , & ingreditur Ägyptum , & commovebuntur similitura Ägypti à facie ejus . Eusebius Caesariensis lib 6. Historia Ecclesiastica cap. 20. & lib. primo de demoni. Evang. cap. 4. & lib. 8. cap. 5. Chrysost. in 2. cap. Matth. Hieronym. in 19. Esai. Ambros. de Influit. virgin. Athanasius de Incarnat. Verbi. Prosper. de predict. par. 3. c. 2. Nubem levem vult Euseb. Christi corpus. Hebreæ dicit legi. crastinam levem , quod corpus fuerit de Spiritu Sancto conceputum.

Ostet. Secundo Ostet 11. Ex e Ägypto vocavi filium meum . Matthæi nobis auctoritas sufficere debet , ut veram de Christo prophetiam accipiantur : cuius sensum tener. Irenæus lib. 3. c. 9. Chrysost. in demonstrat. quod Christus si Deus . Prosper de predict. p. 3. c. 8. Athanasius de Incarnat. Verbi. Janilus lib. 2. de parte divinali. cap. 12. Euseb. Cæsar. lib. 9. Demon. 4.

Matth. 2. In Evangelistis. Primo Matt. 2. Angelus Domini in somni apparet Joseph. dicens: Surge , & accipe puerum . & matrem ejus , & fuge in Ägyptum , & ego ibi usque dum dicam tibi.

Octava NOTA : Propter Christum parvuli occisi.

Ierem. 31. Hierem. 31. Vox in excelso audita est , lamentatio nis , luctus , & flatus . Rachel plorans filios suos , & nocte consolari super eis , quia non sunt . Prosper de predict. p. 3. c. 9. Chrysost. in demonstrat. quod Christus si Deus . Justinus in Colloquio.

Matth. 2. In Evangelistis. Matth. 2. Tunc Herodes videns , quoniam illius esset à Magis , tratus est valde , & mittens occidit omnes pueros in Bethelem , & in omnibus sibiis eis . Tunc impudicum est , quod ultum est per Hieremiam , &c.

Nona NOTA : IESVM Ioannes Baptista præcursor annuntiat.

Isai. 40. Primo, Isai. 40. Vox clamantis in deserto. Parate viam Domini , recta facite in solitudine semitam Dei nostri . Omnis vallis exaltabitur: & omni collu & monte humiliabitur: & erunt prava in directa , & aspera in rias planas . Et revelabitur gloria Domini , & videbitur omni caro pariter , quod os Domini locutum est . De le ipso hæc pronunciavit Joannes ipse . Joannis 1. cui Mattheus 3. Marcus 1. Lucas 3. cap. suffragantur , satis idonei interpres divinæ prophetæ: ut plures requiriere orationem sit . Si quis ramen requirat , legat Justinus in f. o. Colloquio , Prosperum Aquitanum in Predictionibus suis par. 3. c. 1. Eusebium co-Euseb. & Pio. & lib. 9. dem. 5.

Malach. 3. Secundo , Malach. 3. Ecce ego mittio Angulum meum , & preparabim viam ante faciem meam . Hono-

rans Baptistam Christus , hanc de illo propria tiam exponere dignatus est Matthæi 11. Luc. 7. Sed interim in Hebraica nostra quoque lectione , sub prima persona legimus . Preparabit viam meam , & faciem meam . In Evangelistis vero sub secunda persona : Preparabit viam tuam & faciem tuam . Ut plane discamus , five pater intelligatur loqui , five Filius , eandem esse sententiam , quia utriusque una natura est , eademque voluntas .

In Evangelistis . Primo Joan. 1. Fuit homo missus à Deo , cui nomen erat Joannes . Hic venit in testimoniū , ut testimoniū perlibaret de lumine . Secundus . Luc. 3. Eadum est verbum Domini super Joannem Luc. 3. Zacharie filium in deserto . Et venit in omnem regiōnem Iordanis predicans Baptismum penitentis , & remissionem peccatorum .

Decima NOTA : IESVS discipulos pauperes , & idiotas vocans ad Apostolatum.

Primo , Isai. 8. Ecce ego , & pueri mei , quos dedit mihi Dominus in signum & portentum Israël à Domi . 14. 8. no exercituum , qui habitat in monte Sion . Paulus ad Hebreos 52. effect de vocazione Apostolorum , & Euseb. lib. 9. de Demonst. 9. Demost. Cyrus. Evang. cap. 14. Cyrillus in 8. Isai. Origenes homil. 7. Orig. in cap. 8. Isai.

Secundus , Hier. 16. Mittam ad eos pescatores , & Ierem. 16. pescabuntur eos ; & venatores & venabuntur eos . Prosper de Predict. p. 3. cap. 12.

Tertius Isaiæ 29. Civitatem sublimem humiliabit , Isai. 29. humiliabit eam usque ad terram , derabat eam usque ad pulvriem . Conculcat eam pes , pedes pauperum gressus egenorum . Cyrillus lib. 3. in Isai. de ijs dicit hec scibū , quibus Christus dedit potestatem calcare . Hieron. de super scriptis . Hieronymus p. 5 pauperū de Christo , de Apostolis gressu egenorum .

In Evangelistis . Primo , Matt. 4. Venite post me fratres . Mattheus 4. etiam vos sicut pescatores hominum . Secundo , Act. 4. Comperio quod homines essent sine literis & idiotæ , admirabantur , cognoscabant eos , quia cum IESU fuerant .

Vndecima NOTA : IESVM audiunt & sequuntur turbæ innumeræ.

Mich. 4. Et erit in novissimo die rūm , erit mortis dominus preparatus in vertice montium , & sublimis super colles , & fluent ad eum populi . Et properabunt gentes multæ , & dicent . Venite a scandens ad montem Domini , & ad domum Dei . Iacob. & docebit nos de rūs suis , & ibi uia in semitiæ ejus : quia de Sion egredietur lex , & verbum Domini de Hierusalem . Et judicabit inter populos multos , & corripit gentes fortes usque in longinquum . Hieronymus in 2. Esai. ad JESUM Hieron. docentem in monte referit : eodem modo in 4. Michaelis , referens verba Matthei 4. Basilius & Augustinus ad concursum hominum post Spiritus Sancti defensum ad Evangelicam legem . Eodem modo Justinus in 2. Apolog . & in colloquio . Itemque Euseb. Euseb. lib. 6. cap. 1. & 2.

**Matt. 4.** In Evangelistis. Primo, Matt. 4. Et sequuta sum eum turba multa de Galilaea, & Decapolis, & de Hierosolymis, & de Iudea, & de trans Jordanem. Secundo, Luc. 5. Cum turba irruerent in eum, ut audiret verbum Dei. Tertio, Marc. 5. Erant, qui veniebant, & redibant multi, & neccissarium manducandi habeabant. Quarto, Marc. 1. Et cum invenissent eum, dixerunt ei, quia omnes te querunt.

**Duodecima NOTA:** IESVS cum hominibus benignè suaviterque converfans.

**Isa. 42.** Isa. 42. Ecce servus meus, suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum. Judicium genitius proferet. Non clamabit neque accipiet personam, nec audierit vox eius fortis. Calamus quassatum non conteret. Et limus fugitans non extinguet. In veritate educet iudicium. Non erit tristis neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium, & legem eius insulae expectabunt. Chrysostom. Justin. Euseb. &c. & in Tryph. Euseb. lib. 9. c. 15. Basil. in Reg. c. 29. Terrull. 4. ad. Marcion. Hilary. in Psal. 13. 1. P. 10, non erit tristis neque turbulentus. Septuaginta habent splendebit, & non conteretur. Sic legit Augustinus 20. lib. de Civit. c. ultim.

**Matth. 11.** In Evangelistis. Primo, Matt. 11. Venite a me omnes qui laboratis: & discite a me, quia misericordia sum, & bumihi corde. Secundo: Luc. 9. Nescius cuius Spiritus est tu. Filius hominis non venit homines perdere, sed salvare. Tertio, Luc. 4. Mirabantur de verbis gratia, que procedebant de ore eius. Quarto, 2. Cor. 10. Observavos per mansuetudinem & modestiam Christi. Quinto, Rom. 15. Unusquisque proximo suo placeat in bonum. Etenim Christus non sibi placuit.

**Decima tertia NOTA:** IESVS peccatores benignè excipiens.

**Mich. 4.** Primo, Mich. 4. in die illa dicit Dominus, Congregabo claudicantem: & eam quam ejeceram colligam: & quam afflxeram consolabor: Et ponam claudicantem in reliquias, & eam que laboraverat in gentem robustam: & regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & usque in aeternum. Hic nom. lib. 1. in Mich. de priore Domini adventu, in quo peccatores salvi sunt. Eodem se. è modo Arias Montanus.

**Hieron.** Secundo, Isaie 35. Ibi in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & junce. Et erit ibi serpens & via, & via sancta vocabitur. Hie optimus, Gregorius 29. Moral. cap. 14. lib. 2. in Ezech. hom. 3. Apud septuaginta amen altere habetur.

**I. Reg. 22.** Tertio, 1. Reg. 22. Et convenerunt ad David omnes, qui erant in angustia constituti, & opprimiti a alieno, & amaro animo, & fatus est eorum princeps.

**Matth. 9.** In Evangelistis, primo, Matt. 9. Non veni vocare justos, sed peccatores ad penitentiam. Secundo, Luc. 5. Matth. 11. Ecce homo vorax & potator vini, publicanus & peccatorum amicus. Tertio, Luc. 15. Erant appropinquantes peccatores, & publicani, ut audirent illum. Quarto, 1. Timoth. 1. fidelis sermo, & omnī acceptione dignus, qui dominus IESUS venit in hunc mundum, peccatores salvos facere.

**Decima quarta NOTA:** In parabolis loquens.

Psal. 77. Aperiam in parabolis os meum: eructabo absondita à constitutione mundi. Tractatus Chrysostomi in Oratione contra gentiles, quod Christus si: Deus, in 5. Tomo.

In Evangelistis, March. 13. Hoc omnia locutus est IESUS in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loqueretur eis: ut impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem, Aperiam in parabolis os meum.

**Decima quinta NOTA:** IESVM vera docentem, & vitia corripientem infesti persequuntur Scribæ & Pharisei.

Primo, Psal. 108. Os peccatoris & os dolosi, super me apertum est. Locuti sunt adversum me lingua dolosa, & sermonibus odio circumdederunt me, & expugnaverunt me gratia. Pro eo, ut me diligenter, detrahebant mihi, ego autem orabam, & posuerunt adversus me malum probos, & odium pro dilectione mea. Euthymius, & Augustinus manifestant esse Prophetiam Augustini, de Iudeis Christum oppugnantibus, Prosp. de Proph. predict. p. 2. c. 2. 5. Euseb. lib. 10. c. 3.

Secondo, Sap. 2. Circumveniamus justum, quia inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improprietate nobis peccatalegi, & diffamar in nos peccata discipline nostra. Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei nomine. Gravis est nobis etiam ad vindictandum, quoniam dissimilis est alios vita illius, & immunita sunt via eius. Tanquam nugae estimati sumus ab illo, & abstinet se à via nostra, tanquam ab imundiciis, & prorsus novissima iustorum, & gloriosum Patrem se habere. Dicit Aug. lib. 17. de Civi. cap. 20. dicit apertissimam esse Prophetiam de Christi passione, & impiorum interfectoribus eius. Cyprianus recitat hunc totum locum de Christo lib. 2. adversus Iudeos cap. 14. & in libro de monib. Sion & Sina.

Tertio, Isa. 8. Congregamini populi & vincimini, initie confitum, & dissipabitur loquimini verbum, & non fieri. Et mox: Et eris robus in sanctificationem lapidem offensionis & in petram scandalum, duabus dominibus Israel, in laquetum, & ruinam habitantibus Hierusalem, & offendent ex eis plurimi, & cadent, & contenterunt, & irretinentur, & capientur. Extrema hujus testimonij ponunt Paulus ad Romanos 9. & Petrus in priori sua Epistola cap. 2. Illa vero superiora, Congregamini & vincimini, Cyrius optimè interpretabitur de Judeis à Christo vicit, quoties eum tentarunt. Basilus, & Eusebius de perfectione Ecclesie Euseb.

In Evangelistis, Primo, Joan. 8. Nunc autem queritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui a Deo. Secundo, Joan. 7. Nemo idem 7. ex vobis facit legem, quid me queritis interficere? Tertio, Luc. 15. Audiebant autem omnia hac Pharisaei qui erant avari, & deridebant illum. Quarto, Mat. 22. 22. Consilium incurrunt Pharisai, ut caperent eum in sermone. Et cetera, quæ passim occurunt.

Decima sexta NOTA : IESVS Hierosolymam asello vectus ingrediens, & magnificè exceptus.

## CAPUT VI.

NOTÆ aliae de morte, passione, resurrectione ac ascensione ad cælos Mesiaæ.

**Zachar. 9.** Primo, Zachar. 9. Exulta satia filia Sion, jubila si-  
lia Hierusalem: Ecce Rex tuus venies tibi iustus & sal-  
vator: ipse pauper & ascendens super asinum & super  
**Cyrian.** filium asina. Cyprian. 2. adversus Iudaos ca. 29. Justin.  
Iustinus.  
**Chrys. st.** in 2. Apolog. & in Colloquio. Chrys. quod Deus sit  
Christus in s. Tomo. Prosper de Predic. p. 3. ca. 16.  
**Pris. r.** Euseb. lib. 9. cap. 17. fuit.  
**Euseb.**  
**Psal. 8.** Secundo, Psal. 8. Ex ore infantium & lactentium  
perficiisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas ini-  
micum & ultorem. Ipse Dominus Matth. 24. Chrys.  
Chrysostom. in Demonstrat. quod Christus sit Deus, Euchy-  
tius optimus.

In Evangelistis, Matth. 21. Adduxerunt asinam & pallam, & impostruerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Secundo, Turba autem que precedebant & quae sequebantur clamabant dicentes: Hosanna filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hoc autem factum est, ut impleteatur quod dictum est.

Decima septima NOTA : IESV obedientia usque ad mortem.

**Isa. 50.** Primo Isa. 50. Erigit mane, mane erigit mihi au-  
rem, ut audiatur quasi magistrum. Dominus Deus aper-  
tus mihi aurem: ego autem non contradico, reverentiam  
non abiui. Corpus meum dedi persecutibus, & genas  
Nazian. metas vellentibus. Nazian. in Apolog. Tertullianus. 4.  
**Tertull.** contra Marcionem. Origenes Homil. 3. in 2.2. cap.  
**Origen.**  
**Psal. 35.**

Secundo Psal. 35. Sacrificium & oblationem nolu-  
isti: aures autem perfecisti mihi. Holocaustum & pro-  
peccato non postulaisti: tunc dixi ecce venio. In capite li-  
bris scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam.  
Deus natus volui, & legem tuam in medio cordum me-  
rum. Hoc testimonium commemorat Apostol. ad He-  
breos 10. ut ostendat obedientiam Christi in obla-  
tione corporis sui nobis DEUM reddidisse pacatum  
aque propitiuum, quemadmodum docet etiam ad Romanos scribens. Legi potest Euthymius  
ac ceteri Auctores hoc loco.

**Joan. 15.** In Evangelistis, Joan. 15. Sed ut cognoscas mun-  
dum, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi  
2. Phil. 2. Pater sic facio: surgite eamus hinc. Secundo, Philip. 2.  
Hoc sentire in vobis, quod & in Christo IESU, qui cum  
in forma Dei esset, non rapinans arbitratu[m] est, esse se  
aequali Patri: sed scipsum exinanivit formam servi  
accipiens: in similitudinem hominum factus, & habitu  
inventus, ut homo. Humiliari sicut ipsum sa-  
cram obediens usque ad mortem, mortem  
autem crucis

**E** T si omnes Christi actus à Prophetis fuerint **Irenæus.**  
prænunciati, præcipue ramen, ut auctor est S. Irenæus in libro Prophetarum sunt descripcti: ut enim ex le-  
gentibus apparebit, nusquam Spiritus Prophetie, neque uberior, neque illuftrior apparere, quam in  
Christi passionibus, opprobrijs, & doloribus declarandis. Quod non sine divino Consilio factum  
exitimatur, nempe ut scandalum crucis ab humi-  
manis cordibus removeretur, atque ea DEI sapi-  
entia & virtus, quia in passione celo cebat copiosissime, vocatis in regnum Dei commendantur;  
quare & ipse Christus crebro atque aperè disci-  
pulos de morte sua, ac passione commonefa-  
ciodis ante priuavit: ut quod in vita turpe erat  
supplicium crucis, id à Christo charitate ho-  
minum ardentis suscepimus salutis nostraræ tro-  
phæum, ac gloriae DEI decus esset sempi-  
ternum.

**Ecc.**, inquit discipulis alloquens, **Luc. 18.** ascen-  
dimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia,  
que scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. Que  
stacim explicat: Tradetur enim gentibus, & illudetur,  
& flagellabitur, & confundetur, & postquam flagellaver-  
int, occident eum, & tercia die resurget. Atque alio  
locu[m] **Luc. 22.**, & **Esaï 53.** Quod scriptum est oportet  
impleri in me: Et cum iniqui deputatus est, Esterim 4a, **Psal. 40.**  
qui sunt de me similes habent. Et tunc: Filius quidem  
bonius radit sicut scriptum est de eo, Mox etiam ad  
**Petrum Matth. 26.** Quomodo ergo implebuntur  
scripturae, quia sic oportet fieri? Et postquam à mor-  
tuis resurrexit duobusier facientibus ac de ipso  
sermoni: in bus sermone comitem adjungens: O, in-  
quit, stolidi & tardi corde ad credendum in omnibus,  
qua locutus sunt Propheta! Nonne hac oportuit pati  
Christum, & sic intrare in gloriam suam? Et incipiens  
à Moysi, & omnibus Prophetis interpretabatur  
illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant.  
Atque codem die Apostolis apparetur repenit,  
quæ pudent de scripturis in ipso complendi  
commodine fecerat. Hec, ait, sunt verba qua lo-  
catus sum ad vos cum essem adhuc reboscum, quo-  
niam necesse est impleri omnia; quæ scripta sunt  
in lige, Moysi, & Prophetis, & psalmi de  
me. Tunc aperuit illi sensum, ut intelligenter  
Scripturas, & dixit eis: Quoniam sic scriptum  
est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à  
mortuis tercia die, & predicari in nomine ejus pe-  
nitentiam & remissionem peccatorum in omnes gen-  
tes.

Hac Scripturarum luce perfusa Petrus ait: De  
qua salute exquisierunt atque scrutati sunt Prophe-  
tae, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt, scrutantes  
in quod, vel quale tempus significaret in eis  
Spiritus Christi: prænuntians eas, quæ in Christo sunt,  
passiones & posteriores glorias: quibus revelatum est,  
quia non solum in Christo sunt, vobis autem ministrabant  
ea, quæ nunc nunciata sunt vobis, per eos qui  
evangelizaverunt vobis. Passiones Christi, quas  
dicat, perspicuum est, ita scilicet nempe,